

www.e-rara.ch

Aphorismi hieroglyphici

Valeriano, Pierio

Lipsiae, 1592

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5393>

Liber LI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nunt: quod eius lignum hastilibus bellicis aptum sit.

9. Myrtus folia habens perforata, amoris vulnera, mororemque ipsum, quo plurimum amantes ex desiderio conficiuntur, significari tradiderunt celebres doctrinâ viri.

10. Sunt qui per Myrtum Ganymedem referri putent, quod persuasum sit, eam ibi esse latissimè natam, ubi puer is vestigia pressisset.

LIBER LI.

I. De Quercu.

1. *Q*UERCUS civium servatorem notabat. Fuit enim Ioui sacra, in cuius tutela sunt civitates.

2. Quercus qua Hecate coronari solita est, incantationum fuisse amuletum perhibetur.

3. Clava Herculeâ de valido robore facta, virtutis simulacrum fuit.

4. Fortitudinem validasq; vires per quercum significare mos est multorum, à vi robusta illius.

5. Diuturnitatem etiam significat quercus, quod in seros vsq; annos prorogetur.

6. Imperij firmitas per sceptrum ex querno trunco significata reperitur.

7. In aruspicum disciplina quercus principatum ostendit.

8. Quorundam inuentum fuit animi feritatem
ex

ex quercu significare. Hinc & poëta homines
agrestes, immixtos, atq; sauos, ex duro robore
natos aiunt.

9. Glans obscenitatem denotat, ob similitudi-
nem pudendi virilis.

10. Quercus olea complicata iracundiam de-
linitam & remissam esse significavit. Quercus e-
nim iracundiae & asperitatis, olea vero mansue-
tudinis ac lenitatis est symbolum.

II. De Hedera & Smilace.

1. Hedera Bacchi erat simulacrum, cui potissi-
mum dedicata erat.

2. Thyrsis (quod est telum ligneum circum-
fusa hedera coopertum) hieroglyphicè indicat
nocumentum vini sub ipsius suauitate latitans.

3. Tenacitas hedera innuitur. Vinciendo enim
hedera omne ad quod se applicat, rebus tenaci-
ter inhaeret.

4. In numis quibusdam caput hedera redimi-
tum, assertoris est signum.

5. Bacchiam suppellectilem hedera notabant;
appellantes vasa Bacchia *κισσία*, id est, heder-
acea, quod orificium ad hederacei folij speciem in-
formatum haberent.

6. Poëtis hedera decernebatur; ut una cum
lauro coronam eorum perficeret: idq; cum ob
perpetuum utriusq; virorem, qui diuturna illo-
rum opera significaret: tum ut ostenderetur, eos
inge-

ingenio & arte præcelluisse. Laurus enim ingenij, hedera verò laboris & industria nota erat.

7. Vetustatis symbolum est hedera, cum semper circa arbores vel ædificia vetustate consumpta, ruinosaq; saxa versetur.

8. Coronæ hederaceæ furorem poëticum designasse perhibentur.

9. Flos smilacis coronis intextus funestum habet hieroglyphicum.

III. De Amygdalo, Iuglande & Cappari.

1. Flos amygdalæ, sicut flos omnis, iuventutis est nota.

2. Amygdalæ hieroglyphicum in diuinis literis accipitur pro canitie, quæ manifestum est senectutis indicium, quia arbor nulla densiorem florum vbertatem reddit quàm amygdala.

3. Exponitur & de fructu continentie. Quem admodum enim amygdalæ putamen exterius amarum est, testaq; illius lignea durissima existit, intus autem latet fructus suavis admodum & delicatus: ita continentie exercitium amarum est initio & perdifficile, fructus verò affert suauissimos.

4. Nucis iuglandis hieroglyphicum est nuptias præ se ferre. Vel quia nuces cadendo tripudium

dium sonumq; faciant. Vel ob integumentum duplex puluinati primum calicis, mox lignei putaminis, quali propemodum munimento foetus muniat.

5. Capparim nonnulli amorem, desiderium & concupiscentiam interpretantur.

LIBER LII.

I. De Cupresso.

1. Hæc signum fuit loci polluti funere aut morte alicuius, quia cum minimè recidiua sit, humane conditionis sortem referre videatur.

2. Nonnulli Cretam per eiusmodi arborem significari tradiderunt, quod Cretæ præcipuè sit concessum, ut renascentes quæ præsecta fuerint, cupressos videat.

3. Sunt qui cupressum funus & sepulcra nobilitatis significasse contendant.

4. Indicat cupressus rei cuiuspiam sublimitatem atq; pulcritudinem, ex qua nullus percipitur fructus. Sunt enim procera admodum cupressi & infrugifera.

5. Est etiam perpetuitatis hieroglyphicum.

II. De Pino & Populo.

1. Pinus mortis indicium est, quam perhibens semel excisam minimè supputulascere.

Isthmi